

## CAPUT XXXVI.

DE CONDICTO BELLO, ET MORTE  
Infantis Fernandi.

**A** Garenus autem adeptus presidium Salveterræ, cum magna operibus ad propria est reversus. Aldefonsus vero Rex nobilis, habito cum Archiepiscopo, Episcopis & magnatibus consilio diligenti, ore ejus universis acclamantibus est prolatus, melius esse in bello voluntatem cæli sub discrimine experiri, quam videre mala patriæ & sanctorum. Fecitque edictum per omnes provincias regni sui, ut milites & pedites, relicti superfluis vestium, & aurificii, & ornatus cujuslibet, que ad rem non pertinent, armis utilibus se munirent, & qui prius in superfluis displicebant, nunc in necessariis & utilibus altissimo complacerent. Omnes autem a minimo usque ad maximum voluntati regis paruerunt, ad hæc omnia dulcissimo Fernando filio primogenito nobilis Aldefonsi competentem suæ modestiæ operam impendente, qui eodem tempore febre correptus finivit vitam, antequam belli terminus advenisset. In cujus morte fletus patriæ, luctus inconsolabilis genitori, quia in ipsum tamquam in vitæ speculum contemplabatur. Erat enim spectatio populorum. Sic enim eum Dominus honestaverat, ut etiam ab omnibus amaretur, & quod ætas in adolescentibus non permittit, jam in ipso gratia dispensabat. Obiit itaque in oppido Magerito in diocesi Toletana mense Octobri æra millesima ducentesima quadragésima nona,

vacuus dierum, plenus gratia & virtute. Sepultus est in monasterio Sanctæ Mariæ regalis prope Burgis a Roderico Toletano Pontifice, & multis Episcopis, & magnatibus sæcularibus, & religiosis, excellentissima sorore sua Berengaria Regina, ad quam postea regnum Castellæ successione provenit, impendente liberaliter & decenter officia funeris, & honoris, & gemitus doloris, ubi virtutum ejus sic plenitudo claruit, ut ejus prudentia devoti sexus excederet pietatem, & elemosynarum largitio principum largitates: etiam pudica modestia inconsolabili luctui solatia procabatur, ut exinde fama ejus dulcorata suavitas in augmentum cresceret & dulcorem. Religiosum & pauperum, & quorum titulos pauperes in crustabat, toto tempore vitæ suæ subventrix exstitit & levatrix, præter opera magnifica, quæ regnante suo filio mirifice claruerunt. Verum nobilis pater consolationem de morte filii nisi in magnalibus non admittens, collecto suorum exercitu, per ripam fluvii, qui Sacaris dicitur, terram aggreditur Sarraceni, & obsedit castrum, quod dicitur Alcalá, & cepit illud, & Surcariam, & Garadem, & Cubas, in quibus multi Agarenorum capti, multa etiam spolia sunt inventa. Quibus occupatis & munita utiliter, feliciter ad propria est reversus urgente instantia hyemali.

RO-

1 Madris.

## EX ROD. ARCHIEPISCOPO TOLETANO

DE REBUS HISPANIÆ.

## LIBER OCTAVUS.

## CAPUT I.

## DE ADVENTU REGUM AD URBEM REGUM.

**V**ertente autem anno, eo tempore, quo solent Reges ad bella procedere, ab Aldefonso nobili citatis gentibus, congregatis armis, victualibus & comportatis, nec non & omnium cordibus ad bellum erectis, factus est & occursum omnium apud Toletum, quæ sola potuit sui opulentia omnium necessitatibus non deesse. Interim Roderico ejusdem urbis Pontifice, & cæteris nuntiis propter opus simile destinatis, adversis partibus redierunt. Et cepit urbs regia repleri populis, abundare necessariis, insigniri armis, diversificari linguis, variari cultibus. Nam zelo belli ex omnibus fere Europæ partibus ad eam diversarum nationum varietas concurrerat. Nec erat qui posset alienius rei causari defectum, cum & ipsa civitas sui abundantia occurreret, & prodigam nobilis principis omnibus ad omnia necessaria ministraret. Concursum autem venientium a mense Februario particularis incepit, & multiplicationis paulatim incrementa suscipiens per totum verum tempus, & amplius crevit turbatum & multitudine copiosa. Et quia diversarum nationum varietas diversitate morum, linguarum & cultum discrepabant, de voluntate principum in eadem urbe ejusdem urbis Pon-

tifex morabatur, ut dissidentium varietas per ejus industriam sedaretur. Et sic factum est per omnipotentis Dei gratiam, qui solo nutu omnia disponebat, ut nulla seditio, nulla perturbatio exorta fuerit, quæ potuerit belli negotium impedire, licet per hostem humani generis fuerit sæpius attentatum. Et quia de die in diem crescebat numerus stigmata Domini in corpore suo portantium, ne intra urbis angustias ardeantur, Rex nobilis volens eorum commodis providere, extra urbem circa fluentia Tagi delitiosa viridaria, quæ ob regis gravitatem recreandam majestatem coalita fuerant, eis exposuit, ut sub umbraculis arborum æstus injurias evitarent, ibique ex fructiferis arboribus constructis tabernaculis usque in diem processus ad bellum in Regis sumibus permanserunt. Octavo itaque die post festum, quo christiana religio Pentecosten celebrat, Petrus Rex Aragonum nobilis Aldefonsi fidelis amicis secundum fœdus apud Concham initum, dietis plus fastu regio festinatis, die præfixa venit Toletum: ubi a Pontifice & toto clero processionaliter est receptus, ibique in viridario regio fixis tentoriis gentis suæ præstolabatur adventum.

C

CA-

1 Factum est autem vertente eo tempore, vet. cod.

2 Cit. Canis. 3 Comparatis. 4 Concursum.

5 Toletum habitavitque altissim.

6 Multitudine. 7 Regis.

CAPUT II.  
DE ADVENTU ULTRAMONTANORUM  
ad bellum.

Coeperunt etiam venire magnates de partibus Galliarum, Bigalensis<sup>1</sup> & Nanatensis Episcopus, multique Barones de eisdem partibus & Italia. Convenērunt & simplices milites, nec non & de pedestri ordine plurima multitudo. Advenit etiam venerabilis Arnaldus, qui aliquando sollicitudine Cistercii functus, tunc regebat ecclesiam Narbonensem. Hic paulo ante emulatione legis catholice provocatus, contra quosdam, qui in Narbonensi & vicinis provinciis blasphemare nomen Domini & ecclesiam ore nefario præsumerunt, corda fidelium excitavit, ut signo crucis contra hæreticorum versutias armarentur. Et sic factum est per Dei gratiam, quod ubi contenta prædicatio non prof-

cit, falce crucis putatis hæresibus, fides catholica de die in diem feliciter coalescit, & destructis 6 Biteriis & Carcassona, blasphemantium 7 sanguine, & flamma vorace, & ultrici gladio est consumtus æra millesima ducentesima quadragesima sexta. Hic itaque Pontifex cum multitudine citerioris Gallie vasis belligeris, signis & armis<sup>8</sup> honesta, urbem ingressus est Tolestanam, in qua decenter et nobili Rego & ejusdem urbis Præsule est receptus. Convenērunt etiam ad eandem urbem plerique milites de partibus Portugalis, pedum vero copiosa multitudo, qui mira agilitate expeditionis onera facile sustinebant & 9 audaci impetu impetebant.

CAPUT III.

DE CONCURSU PONTIFICUM ET MAGNATUM  
Hispanie ad congressum.

Ad hæc magnates Regis Aragonum strenuitate incliti, apparatu insignes, armis & equis honesti, Toletum ad exercitum pervenerunt, inter quos fuerunt Garsias Romeril, Eximius Cornelii, Michael de Lusitania, Anazarius Pardi, Guillelmus de Cer-varia Comes Empurensis, Raimundus Fulconis, Guillelmus de Cardona, & multi alii Principes & Barones, & simplices milites, nec non ballistariorum & pedum copia gratiosa. Aderat in urbe regia cum nobili Rege magnatum suorum generosa societas, nobili-

tate, strenuitate & multitudine approbata, quos sic & morum elegantia, & curialitatis prærogativa, & strenuitatis supereminencia venustaverat, ut & in oculis hostium non solum terribiles, verum digni honoribus apparerent. Civitatum vero & oppidorum concilia sic copiosis phalangibus, & equis & armis, & vehiculis & victualibus, & omnibus ad bellum necessariis præmunta venerunt, ut non<sup>11</sup> esset inter eos qui aliquo<sup>12</sup> indigeret, immo sua aliis liberaliter communicarent. Quamvis vero in oppidis & civitati-

<sup>1</sup> Archiepiscopus. <sup>2</sup> Forte Narnensis.  
<sup>3</sup> Aliquamdiu. <sup>4</sup> Cisterciensis.  
<sup>5</sup> Cavaudensis. <sup>6</sup> Biteris.

<sup>7</sup> Sanguis ultrici gladio & flamma est consumtus.  
<sup>8</sup> Forte equis. <sup>9</sup> Audaci temeritate & impetu.  
<sup>10</sup> Aquarius. <sup>11</sup> Esset. <sup>12</sup> Indigeret.

A LAS MEMORIAS.

Dus sub uno degant Principis regimine, tamen a suæ principio gentis, & armorum etiam & militaris dignitatis insignia habuerunt, & militare nomen sortiti sunt ab antiquo. Multa etiam contra Sarracenos, & contra Christianos ipsi & eorum parentes decenter exercuerunt. Egerunt etiam ibi Pontifices qui se & suâ, prout Deus dedit, in sumtibus & laboribus devote pro fidei negotio impenderunt, in sollicitudinibus vigiles, in officiis devoti, in consiliis providi, in necessitatibus largi, in exhortationibus seduli, in periculis strenui, in laboribus patientes, & Rodericus Placentinus. De regno Castellæ Archiepiscopus Tolestanus, Relius<sup>2</sup> Palentinus Episcopus, Rodericus<sup>3</sup> Segontinensis, Menendus Oxonenis, Petrus Abulen-sis. De regno Aragonum Garsias Tironenensis, Berengarius Barcinonensis electus. De seculari vero militia regni Castellæ Didacus Lupi de Pharo, Comes Fernandus de Lara, Comes Alvarus, & Comes Gundisalvus, frater ejus Lupus Didaci de Pharo, Ro-

dericus Didaci de Camberis, Gonsalvus Roderici, & frater ejus & multi alii nobles, & magi & strenui, quorum nomina longum esset enumerare. Fuerunt etiam fratres calatravæ sub uno militiae suæ magistro Roderico Didaci, grata Deo & hominibus fraterna societas: fratres militiae templi sub uno Magistro Gomitio Ramirio, qui post bellum feliciter expiravit. Hi sunt qui primi in novo testamento signo crucis suscepto, superbæ militaris fastum, strenuitate servata, caritatis & religionis vinculo arctaverunt. Fratres etiam militiae Hospitalis, qui fraternitatis caritati insistentes devote, zelo fidei & terræ sanctæ necessitate accensi defensionis gladium assumerunt. Hi sub uno priorre Guterrio Ermenegildi. Fratres etiam militiae S. Jacobi sub uno Magistro Petro<sup>6</sup> Avæ. Hi in partibus Hispanie multa opera militiae decenter egerunt. Multi etiam Christianæ religionis diversorum votorum & professionum zelo de compassione<sup>7</sup> moniti, insignitum sig-naculo<sup>8</sup> sanctæ crucis inibi convenerunt.

CAPUT IV.

DE PRÆROGATIVA VIRTUTUM  
& largitatis nobilis Aldefonsi.

Licet 9 autem tam diversa, tam varia, tam extranea multitudo non esset facilis ad regendum, etiam patienti, nobilis tamen Rex magnanimitate sua omnia pacifice regebat, omnia æquanimitè & 10 tranquille tolerabat, ita ut tædium in virtutem mutaret, cum vultu hilari tædium superaret. Irreverenter prolata reverenti responso in reverentiam convertebat, ambitionis loquacem tristitiam larga manu in lætam facundiam commutabat, curialium applausu fastibus militaribus occurrebat, regalium morum gravitate

servata, id in ipso operabatur benignitas, ut præexcellencia videretur æqualitas, sapientia gravitate conspersa sic omnia<sup>11</sup> miniabatur, ut his fieret ejus curialitas in suspirium, & strenuitas in exemplum, ita quod de eodici posset: *Hic virtutis habet plus, quam possedimus omnes.* Adolescentes, juvenes, & quos virilis ætatis robur perfuderat, senes, & decrepiti, quid laudare, quid appetere, si facultas suppeteret, quid mirari, quid diligere repererunt, ejus industriam in agendis stupore attoniti mirabantur quem

C 2

<sup>1</sup> Dignus. <sup>2</sup> Pallentius. <sup>3</sup> Segontinus.  
<sup>4</sup> Cavaudis. <sup>5</sup> Præter. <sup>6</sup> Avia. <sup>7</sup> Multi.

<sup>8</sup> Sancto. <sup>9</sup> Enim. <sup>10</sup> Adde omnia.  
<sup>11</sup> Minuere.

quem doni & dati perfectio sic perfectit, ut gratia & natura charismatibus absparet, adeo ut mundi circulus fateatur Aldefonsum nobilem Hispaniæ se debere. Juvenes & adolescentes, quorum avorum nobilitas præsentabat, præferebat titulo militari, ut quos nondum propria virtus extulerat gloria, & creantis magis & parentum magna magna nobilitate obligarent. Hos sic equorum tuta firmabat magnanimitate, armorum copiosa securitate, vestium speciosa varietate, ut in ipso invenirent & dominum, quem diligenter, & munificum, quem laudarent. Et quamvis diversus esset ritus alienigenarum, & in moribus ab indigenis dissiderent, quia mores omnes virtus magistra dijudicat, potuit omnibus satisfacere, qui virtutes omnium in se potuit conservare, & quasi non unius patriæ incola, sic mores omnium in se scivit assumere, ut nulli videretur a suis moribus dissidere. De largitate autem ejus quis loqui præsumeret? Cum id in ipso modicum fuerit, quod in aliis vix poterat reperiri. Sic enim ab infantia largitatem servavit, ut oblivisci non potuerit quod de matris utero secum traxit. Sic omnia largitatis suæ privilegio confirmavit, ut ore omnium promulgata sententia, omnibus munificis silentio

imposito, prærogativam munificentie sententialiter obtineret. Et licet magnis magnifice distribueret, manum a minoribus non retraxit. Cum enim essent ultramontani plusquam decem millia equitum, & centum millia pedum, dabantur omni die viginti solidi usuales, pediti vero quinque solidi; mulieres, parvuli, debiles, & ceteri ad bellum inepti non erant ab hac gratia alieni. Hæc erant quæ in communi & publice donabantur, præter donaria privata, quæ sui quantitate hunc numerum excedebant, quæ magnatibus non diurna distributione, sed potiori summa per nobilis Regis nuntios mittebantur. His muneribus cumulabatur equorum numerosa generositas, parvulorum jucunda varietas, quæ omnia tenacitatis curva severitas vultu propitio non poterat intueri. His autem omnibus si jungantur Regibus oblata donaria, suis distributa stipendia, plus modus dantis hilaritas meruit, quam his omnibus emi posset. Et ad hæc omnia, ne gens alienigena expeditionis omnibus indigeret, omnibus tentoria, & eorum vehicula est largitus. Addidit etiam gratiam gratiæ, & cibariorum vehicula cum cæteris necessariis sexaginta millia summas & ultra cum summariis erogavit.

## CAPUT V.

DE PROCESSU AD BELLUM ET CAPTIONE  
Malachonis.

Satisfacto itaque omnibus per omnia, duodecimo Kalendas Julii exercitus Domini ab urbe regia est profectus: ultramontani per se, dato eis pro duce Didaco Lupi de Pharo: Petrus strenuus Rex Aragonum cum suis [Aldefonsus nobilis cum suis]. Et licet separatim procederent, modicum

tamen spatium exercitus dividebat. Primo die castrametati sunt juxta alveum<sup>6</sup> Guadararaz, secundo juxta<sup>7</sup> Guadalcelet, tertio juxta Algodor. Ultramontani vero juxta Daralferciam obsederunt presidium Malachonis, & signum in bonum divina gratia facien-

<sup>1</sup> Quor. <sup>2</sup> Adde: usitque militum dab.  
<sup>3</sup> Innumerata.  
<sup>4</sup> Partibus vet. codex in hora, ut hic.

<sup>5</sup> Vet. cod. & Aldefonsus... forte recte.  
<sup>6</sup> Guadararaz.  
<sup>7</sup> Gradacelis.

ciente, licet qui erant in arce, satis viriliter se defenderent, instantia tamen ultramontanorum, quæ magna strenuitate fervebat pro Christo nomine mori desiderans, virtutem resistentium & munitionum presidium in nomine Domini minoravit, cepitque Ma-

lachonem, omnibus qui inerat, inriller se defenderent, instantia tamen ultramontanorum, quæ magna strenuitate fervebat pro Christo nomine mori desiderans, virtutem resistentium & munitionum presidium in nomine Domini minoravit, cepitque Ma-

## CAPUT VI.

DE CAPTIONE CALATRAVÆ ET DISCESSU  
ultramontanorum.

Inde igitur procedentes omnes priter pervenimus Calatravam. Agareni autem, qui inibi rebellabant, excogitaverunt tribulos ferreos fabricare, & per omnes transitus Ana fluminis projecerunt, & quatuor habentibus aculeos, qualitercumque caderent, uno eorum erecto, pedibus hominum & equorum unguis figebantur. Sed quia humana artificia contra Dei providentiam nihil valent: sic Deus voluit, ut paucissimi, vel nulli fere, illis tribulis laderentur, & gratiæ Dei manu supposita transivimus flumen Anam, & castrametati fuimus in circuitu Calatravæ. Agareni autem oppidum illud sic in summitatibus turrium armis & vexillis & machinis munierant, ut volentibus impugnare satis difficile videretur. Præterea licet sit oppidum illud in plano, tamen ex una parte muri ejus per tactum fluminis inaccessibleis invenitur: ex aliis partibus sic muro & antemurali, fossatis, & turribus & propugnaculis est munitum, ut absque longa machinarum impugnatione inexpugnabile videretur. Erat autem ibi Agarens quidam nomine<sup>2</sup> Avencalix, longa armorum assuetudine astutus, & bellorum exercitia frequenter expertus. De hujus industria plus se ipsis confidebat populus obsessorum, licet esset ibi in presi-

dio quidam Almohat, qui presidii custodiæ præsidebat. Cumque in obidione per dies aliquot moraremur, & Reges cum principibus de impugnatione presidii dubitarent, post longos tractatus placuit omnibus non relinquere oppidum intentatum, licet impugnatione difficilis videretur. Plerique autem melius judicabant, cepto itinere ad bellum procedere, quam impugnationibus castrorum insistere, præsertim cum in talibus & strenuis periclitentur, & exercitus fatigaret, cum & ejus acquisitionis & retentionis tallium pendeat ex fine belli. Assumptis itaque armis, locisque oppidi specialiter<sup>3</sup> Regibus & principibus assignatis, voce fidei elevata, oppidum sunt aggressi. Sicque per Dei gratiam factum est, ut die Dominica post festum Sancti Pauli, expulsis Arabibus, fuit Calatrava Regi nobili restituta, quæ statim a fratribus, qui dudum ibidem resederant, fuit munita, & christiano nomini redonata. Nobilis autem Rex de omnibus ibidem inventionis nihil sibi retinuit, sed ultramontanis & Regi Aragonum cuncta cessit. Sed quoniam humani generis inimicus non cessat christianis actibus invidere, misit Sathan in exercitum caritatis, & corda amulantium conturbavit, & qui ad certamen fidei se accinxeant, re-

<sup>1</sup> Figurarum. <sup>2</sup> Aventhalix.  
<sup>3</sup> Resistentibus.

<sup>4</sup> Expugnatum oppidum.  
<sup>5</sup> Cessurum.

trorsum a bono proposito abierunt. Omnes enim fere ultramontani communi proposito stauerunt, ut relictis crucis signaculis, omissis etiam bellis laboribus, ad propria remearent. Rex autem nobilis suorum victualia comparavit, quantum necesse erat, omnibus est largitus. Sed nec si accepta obstinatio potuit revocari. In bono passim omnes inglorii recesserunt. Excepto venerabili Arnaldo Narbonensi antistite, qui cum omnibus, quos habere potuit, & multis nobilibus de provincia Viennensi, semper in bono constans, a bono proposito non recessit. Et erant circiter centum triginta milites præter pedites, de quibus etiam aliqui remanserunt. Remansit etiam de partibus Picaviæ Theobaldus de Blazon, homo nobilis & strenuus, & natione Hispanus, & genere Castellanus. Rex Aragonum cum omnibus suis usque ad finem permansit indissolubili dilectione Regi nobili foederatus, & quia, sicut dicit Salomon, *si possides amicum, in tentatione posside illum*, hic probari potuit, quisque qualiter diligebat. Sed quoniam *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, licet schismatis hujus periculosus exitus timeretur, omnia tamen coeperunt de die in diem feliciter prosperari. Recedentibus itaque his, qui crucem Domini in angaria attulerunt, soli Hispani cum pau-

cis ultramontanis superius nominatis proficisci coeperunt ad bellum Domini confidenter, & primo venerunt Alarcuris, ibique castramentati municipium occuparunt, nec non & castella alia in vicino. In eadem mansione advenit Sancius Rex Navarrae, qui licet a principio sigulasset nolle venire, cum ad discrimen perventum fuit, strenuitatis suæ gloriam a Dei servitio non subtraxit. Sicque Regum ternarius in Sanctæ Trinitatis nomine processerunt, & primo die castramentati sunt in circuitu Salvæterra. Dominica die sequenti visum fuit Regibus & principibus, ut totus exercitus armaretur, & etiam omnia tanquam ad bellum disponerentur. Et per Dei gratiam talis apparuit multitudo armis & signis & equis ornata, ut intuentibus nobilis hostibus & terribilis appareret, nobis amabilis, bello expeditis discessum absentium compensaret, ita quod etiam corda magnanimatorum creverunt, pusillanimes confortati, dubii confirmati, & discedentium schisma, quod multos terruerat, recessit a cordibus timidorum. Ibiq; etiam die altero spectantes, post pervenimus ad aliam mansionem, quæ dicitur Fraxineda. Tandem pervenimus ad aliam mansionem ejusdem nominis: tertio vero die ad aliam mansionem in radice montis de Muradal, quæ dicitur Guadalfajar.

## CAPUT VII.

DE OCCUPATIONE MONTIS, UNDE AD PRAELIUM  
processit Christianorum exercitus.

Interea dum hæc agerentur, Mahomat Rex Agarenorum prope Genium in montanis congregaverat gentes suas, ibique præstolabatur exercitum Christianorum. Nec erat ei cordi pugnare, quia verebatur auxi-

lia peregrina, sed ut in reditu insilliret, ut forte Christiani fatigati laboribus, diminuti mortibus ei resistere non valerent. Et ideo forte consilio Altissimi factum fuit, quod adventitii discesserunt. Post discessum enim co-

1 Sic propositi caput. 2 Pro equites semper.

3 Mahomat. 4 Genium. 5 Christianorum.

rum, quidam initiati diabolo clanculo de nostro exercitu se furantes ad Arabes transfugerunt, eis statum Christiani exercitus, & defectum victualium detegentes, qui tamen cessaverat post disidium Calatravæ. Sicque procurante providentia, quæ in sui dispositione non fallitur, fuit factum, ut Agarens, mutato consilio, assumta audacia præsumens gloriam, a partibus Giennii processit. Contra nos properans Beatiam usque pervenit, & aliquos inde misit ad Navas Tolosæ, ut in angustia transitus, ubi est rupis fere in via, alveique vorago, Christianorum transitum impedirent. Et si Christiani summitatem montium non cepissent, in montis sperculo residerent, ut ascensum exercitus Domini prohiberent, sicut capti in bello postea narraverunt. Hac intentione observabant transitum, ut tandem, deficientibus victualibus, affecti tædio & inedia rediremus. Domino autem aliter faciente, Didacus Lupi de Pharo, cui ducatus exercitus erat commissus, præmisit filium suum Lupum Didaci, & duos nepotes ejus, Sancium Fernandi, & Martinum Munionis, ut præcederent ad montis sperculia obtinenda. Verum cum illi de strenuitate confisi aliquantulum procederent improvisi, in summitate montis juxta castrum, quod Ferral dicitur, quosdam Arabes invenerunt, qui insultum facientes in eos fere læssissent, nisi divina gratia operante, acceptis armis, prædicti Christiani cum suis Arabes viriliter repulissent, & summitatem montis per Dei gratiam observarunt, ita quod statim fixis tentoriis inibi remanserunt. Quinta autem feria circa horam nonam venimus ad pedem montis, & eadem die plerique de nostris ad montis ardua conscenderunt. Major vero pars circa Guadalfajar alveum remanserunt. Sexta feria in mane tres Reges Aldefonsus de

Castella, Petrus de Aragonia, Sancius de Navarra, invocato nomine Domini ascenderunt, ibique in quodam declivo montis fixis tentoriis resederunt, & ea die occupatum fuit a nostris castrum Ferral, sub quo sunt quadam voragine, & in rupe anfractus, & scopulorum præcipitia juxta Losam: & facta est ibi angustia transitus, ut etiam expeditos impediat difficultas. Ibiq; quædam phalanges Agarenorum per diem illum & partem sequentis Christianorum transitus observabant, ibique frequenter illo die inter nostros & ipsos quadam belli præludia intercesserunt, ita quod ex utraque parte: aliqui, non tamen plurimi, ceciderunt. Dum hæc agerentur, Regum & principum deliberatio eligebat, qua esset sine periculo procedendum: transitus enim Losæ non erat possibilis sine damno. Et cum jam exercitus Agareni vicinior nobis esset, nec non & ejus tentorium rupeum appareret affixum, diversorum de processu exercitus diversæ sententiæ ferebantur. Aliqui enim attendentes impossibilitatem transitus, retrocedere consulebant, & per locum faciliorem ad Agarenorum campestria transire. Ad hoc nobilis Aldefonsus Rex Castellæ: „Etsi hoc consilium „discretionem fulgeat, periculum seilicet „cum portat: populus enim & alii „inexpertus, cum nos retrocedere viderint, non bellum querere, sed „bellum fugere judicabunt, & fiet „discessio in exercitu, nec poterunt „retineri. Sed ex quo ex vicino hostes „prospicimus, ad eos necesse est „ut eamus. Sicut autem fuerit voluntas in celo, sic fiat.“ Cumque hoc consilium nobilis Regis prævaluisset, Deus omnipotens, qui negotium specialia gratia dirigebat, misit quemdam hominem plebeum, satis despiciabilem & habitu & persona, qui olim in montanis illis pecora paverat, &

1 Losæ. 2 Origo.

3 Eadem. 4 Per totum.

cuniculorum & leporum ibidem captioni institerat; is ostendit faciliem viam, omnino possibilem per declivum lateris montis ejusdem. Nec oportet ab aspectu hostium; occulta-ri, & ipsis videntibus, nec impedire valentibus, venire ad locum pugnae congruum poteramus.

## CAPUT VIII.

DE PROCESSU AD LOCUM PUGNAE,  
& occisu Agarenorum.

Sed quia in tanto discrimine tali personae vix credi poterat; duo principes praecesserunt, Didacus Lupi de Pharo, & Garsias Romerii, ut si invenirent esse vera quae pastor dixerat, montem quemdam in summitate sui habentem planitiem, occuparent. Et dante Domino sic evenit, ut ille tamquam Dei nuntius, qui infima mundi eligit, verax inveniretur, & praedicti principes montis planitiem occuparunt, & tres Reges die Sabati summo mane, suscepta benedictione Pontificali & gratia sacramenti, ad praedictum montem cum suis agminibus pervenerunt. Castrum Ferral quasi omnino tunc inutile est dimissum. Ipsi tamen credentes nos a praedio deviare, eo quod Losae transitum non servavimus, praedictum castrum cum magna letitia occuparunt. Reges itaque postrema exercitus observantes, cum toto comitatu ad suos principes, qui praecesserant, pervenerunt. Quod attendentes Agareni non esse subterfugium, sed processum, graviter doluerunt, sed prospicientes tentoria, quae in praedicti montis cacumine figebantur, catervam militum destinarunt, ut a metatione castrorum primos agminis cohoberent. Nos enim propter viae angustias porrecto agmine procedere cogebamur; cum nostris autem diutius confligentes, Domino faciente, viriliter sunt repulsi, & nostri, occupata planitie

montis, per Dei gratiam castra feliciter locaverunt. Et tentorii vix motatis, videns Rex Agarenorum, quod in observatione transitus nihil ei proderant insidiae, neque doli, dispositis aciebus, eadem die processit ad campum, & praecipuam aciem, quae ejus erat custodia deputata, super quodam promontorio, ad quod difficilis erat ascensus, nobiliter collocavit, ceteris suis aciebus a dextris & a sinistris prudentissime ordinatis, & ibi ab hora sexta usque ad vespertum spectarunt, putantes nos eo die ad praedium processuros. Sed consilii deliberatione habita provisum fuit, ut bellum usque ad secundam feriam differretur, eo quod equi erant montium difficultate vexati, & exercitus fatigatus, & ut etiam statum eorum & processum possemus in isto medio contueri. Cumque intellexisset Agarenius, quod non procedebamus ad bellum, elatus in gloriam, non ex cautela, sed provenire credidit ex timore. Unde epistolas misit Beatiannum & Giennium, quod tres Reges obsederat intra triduum capiendos. Tamen aliqui de suis, qui altius cogitabant, dixisse talia referunt: „Viximus, mas provide & sollicite collocatos, & plus videntur ad pugnam parari, quam ad fugae subsidia anhelare.“ Sequenti die Dominica summo mane iterum egressus est Agarenius in campum, ut pridie, & mansit in campo us-

usque ad meridiem, dispositis aciebus; & ad astus injuriam repellendam allatum fuit tentorium rubeum ad umbraculum Agareni diversis artificiosis adornatum, sub quo gloriosius debito residens conflictum fastu regio exspectabat. Nos vero sicut pridie fecimus, eorum exercitum attendentes observatis castris deliberabamus, quaedam inter sextam & nonam post longiter in crastino procedere deberemus. Toletanus autem & ceteri Pontifices, quo castra metati fuerant, sunt reversi.

## CAPUT IX.

DE DISPOSITIONE ACIERUM ET ORDINIBUS  
bellatorum.

Sequenti vero die circa mediam noctem vox exultationis & confessionis insonuit in tabernaculis christianis, & per vocem praconis inelamatum est, ut omnes ad bellum Domini se arment. Celebratis itaque Dominicae passionis mysteriis, & facta confessione, sumtis sacramentis, acceptis armis ad campi certamina processerunt. Dispositisque aciebus (sic inter jam dudum fuerat pertractatum inter Principes Castellanos) Didacus Lupi cum suis habuit primos ictus: mediam aciem Comes Gundisalvus Nunii cum fratribus Templi, & Hospitalis, & Uclesii, & Calatravae. Colateraliter habuit Rodericus Didaci de Camberis, & Alvarus Didaci frater ejus, & Joannes Gundisalvi, & alii nobiles cum eisdem: in ultima acie nobilis Rex Aldefonsus, & Rodericus Archiepiscopus Toletanus cum eo, & alii Episcopi supradicti. De Baronibus, Gundisalvus Roderici & frater ejus, Rodericus Petri de Villaporporum, Suerius Telli, & Fernandus Garsiae, & alii. In qualibet autem istarum acierum erant communia civitatum, sicut fuerat ordinatum. Stre-

nus autem Petrus Rex Aragonum exercitum suum disposuit in totidem aciebus: primos ictus habuit Garsias Romerii: secundam aciem Eximinius Cornelli, & Aznarius Pardi: in ultima fuit ipse cum aliis magnatibus regni sui: similiter & in collateralibus acie alios de suis nobilibus collocavit. De communibus etiam civitatum Castellae habuit ipse secum. Rex Navarrae Sancius speciali prerogativa strenuitatis perspicuus, cum suis a dextris Regis nobilis precedebat, & in comitatu suo communia civitatum Se-cobiae, Abalae & Medinae. Dispositis itaque aciebus, elevatis ad caelum manibus, directis ad Deum oculis, cordibus ad martyrium excitatis, protensis vexillis fidei, & nomine Domini invocato, ad belli discrimina omnes pariter pervenerunt. Primi autem qui primos ictus dederunt in acie Didaci Lupi de Pharo, fuerunt suus filius & nepotes superiores nominati, strenui & audaces. Agareni vero in summitate quadam praesidium instar atrii firmaverunt de scribiis sagittarum, infra quod erant praecipui pedum collocati, ibidemque Rex eorum resedit

D ha-

1 *Primum scilicet.*  
2 *Operari vet. cod. C. oportere.*  
3 *Custodiri.*

4 *Pugna per ipsum tot.*  
5 *Infirma manus elegit.*  
6 *Pugna.*

1 *Consulvus.* 2 *Consulvi.*3 *Frater.*

habens juxta se ensem, induens cap-  
pam<sup>1</sup> nigram, quæ fuerat<sup>2</sup> Abdelmu-  
mi, qui fuit principium Almohadum,  
& librum etiam sectæ nefariæ Maho-  
meti, quæ dicitur Alchoranus. Extra  
atrium erant etiam alie acies peditum,  
quorum quidam tam de interioribus,  
quam de exterioribus sibi ad invicem  
colligatis, ut quasi de fugæ presidio  
desperarent, constanter belli instan-  
tiam sustinebant. Erat autem extra  
ante atrium acies Almohadum milita-  
ris, equis & armis & infinita multi-  
tudo terribilis in aspectu: a dextris  
autem ipsorum. & a sinistris erant A-  
rabes velocitate & lancearum agilitate  
nocui inexpertis, qui & fugiendo im-  
perperunt, & fugati acrius insolentunt.  
In planitie vero, ubi volubilitati non  
est obstet angustia, nociviores reperian-  
tur. Hi similes Parthis sagittarum in-  
sistent negotiis, & in clararum pon-  
deribus vasa ferunt vertiginis, & hi

& illi extraordinariis vagationibus in-  
tenti acierum ordinem non observant,  
ut adversarios incursionibus turbent,  
& suis ordinatim venientibus, ruptis  
agminibus, ex adverso grassandi tri-  
buant facultatem. Sed & istorum &  
aliorum innumerabilem multitudinem  
nullum credo de nostris potuisse ve-  
raciter estimare, nisi quod postea ab  
Agarenis audivimus, quod erant o-  
ctoginta millia<sup>4</sup> militum, peditum ve-  
ro<sup>5</sup> turbæ non poterant numerari.  
Ad hæc dicebantur adesse quidam A-  
gareni de partibus<sup>6</sup> Azdore prope  
Marrochos, <sup>7</sup> miris accepti in oculo  
Regis sui. Hi, equis relictis,  
Regi suo, ut ejus gratiam comparant-  
rent, pedes astiterunt; & ex his om-  
nibus nullus creditur evasisse. Asta-  
bat etiam Regi eorum quædam acies  
stupenda multitudine obstripta, &  
militariibus insignibus mirabiliter adorna-  
ta.

## CAPUT X.

DE VICTORIA CHRISTIANORUM ET STRAGE  
Sarracenorum.

Agareni autem fere immobiles in  
loco manentes ceperunt repelle-  
re primos nostrum, qui ascendebant  
per loca satis congressui importuna, &  
in his repulsis aliqui ex nostris congres-  
sibus difficultatibus fatigati aliquan-  
tulum substiterunt. Tunc etiam aliqui  
ex mediis aciebus Castellæ & Arago-  
niæ in unum agmen ad primas acies  
convenierunt, & fuit ibi commotio  
magna, & res dubio periculosa, ita  
ut etiam aliqui, non tamen de<sup>8</sup> ma-  
gnis, viderentur fugæ presidio inhie-  
re, sed primi & medii ex Aragonia  
& Castella conjunctim congressui in-  
sistebant, collaterales etiam acies cum  
Agarenorum aciebus acriter dimica-

bant, adeo quod quidam eorum ter-  
ga vertentes fugere videbantur. Quod  
attendens Aldefonsus nobilis, videns  
que quosdam plebeja virilitate, quid  
deceat, non curare, dixit omnibus  
audientibus Pontifici Toletano: „Ar-  
chiepiscopo, ego & vos moriamur.“  
Qui respondit ei: „Nequaquam: in-  
mo hic prævalebitis inimicis.“ Rex  
autem invictus animo: „Festinemus,  
“ inquit, primis succurrere in peri-  
culo constitutis.“ Tunc Gonsalvus  
Roderici & fratres ejus processerunt  
ad primos. Fernandus vero Garsie,  
vir strenuus, & in militia industrius,  
retardavit ipsum Regem, consulens ut  
observato moderamine procederent ad

suc-

<sup>1</sup> Magnam. <sup>2</sup> Abdelmum. <sup>3</sup> Abest.  
<sup>4</sup> Pro equitum. <sup>5</sup> Multitudo non poterat.

<sup>6</sup> Azdore. <sup>7</sup> Miris accepti in oculis.  
<sup>8</sup> Magnatibus.

succursum. Tunc Rex inquit iterum:  
„Hic Archiepiscopo, moriamur, talis  
enim in tali articulo mors nos de-  
bet.“ Et ille: „Si Deo placet, co-  
rona victoriæ, non mors instat: sin-  
autem aliter Deo placuerit, vobis  
commori omnes communiter sumus  
parati.“ In his autem omnibus (tes-  
tificor coram Deo) nobilis Rex non  
mutavit vultum, ne<sup>1</sup> gestum solitum,  
nec loquelam, immo viriliter & con-  
stanter, ut leo imperterritus, aut mori,  
aut vincere firmus erat: nec diu-  
tius valens tolerare primorum pericu-  
lum, festinato gressu usque ad atrium  
Agareni dante Domino hilariter vexil-  
lorum insignia pervenerunt. Crux ve-  
ro Domini, quæ coram Toletano Pon-  
tificæ consueverat bajulari, præfere-  
ntem Dominico Paschasii canonico To-  
letano, per Agarenorum acies mira-  
culose transiit, & ibidem, illæso ba-  
julo, sine suis usque ad finem belli,  
sicut Domino placuit, perduravit.  
Erat autem in vexillis Regum imago  
beate Mariæ virginis, quæ Toletanæ  
provincia & totius Hispaniæ semper  
tutrix<sup>2</sup> existit & patrona. In cujus  
adventu acies illa mirabilis, & turba  
innumerabilis, quæ hæctenus satis im-  
mobilis permanebat, & rebellis nostris  
obstiterat, cæsa gladiis, fugata lan-  
ceis, victa ictibus, terga dedit. Tunc  
etiam ad instantiam germani sui, qui  
Zeit Avozecrith vocabatur, Rex A-  
garensis jumento varii coloris insidens,  
fugæ presidio se commisit, & cum  
quatuor militibus periculi sociis Beati-  
am usque venit, & Beatiensibus  
quid facerent sciscitantibus, dicitur  
respondisse: „Nec mihi, nec vobis  
possum consulere. Dominus sit vo-  
biscum.“ Ibiq; mutato jumento,

Giennum ea nocte pervenit. Interea  
Aragonensibus ex sua, Castellanis ex  
sua, Navarris ex sua parte instanti-  
bus, cæsa sunt multa millia Agare-  
norum. Quo viso & audito, Toleta-  
nus Pontifex hæc verba dixit nobili  
Regi: „Estote memor gratiæ Dei,  
quæ omnes defectus in vobis sup-  
plevit, & opprobrium aliquamdiu  
eratum hodie relevavit. Estote e-  
nim memor vestrorum militum,  
quorum auxilio ad tantam gloriam  
pervenistis.“ His & aliis in hunc  
modum dictis, ipse Toletanus & alii  
Pontifices, qui simul aderant, cum  
lacrymis devotionis in laudis cantil-  
cum elevatis vocibus proruperunt di-  
centes: *Te Deum laudamus, te Do-*  
*minum confitemur.* Erat etiam ibi Tel-  
lius Palentinus Episcopus, Rodericus  
Segontinensis, Menendus Oxomensis,  
Dominicus Placentinus, Petrus Abu-  
lensis, multi etiam alii clerici Domino  
cantica<sup>3</sup> decantantes. Campus autem  
sic strage Agarenorum plenus erat,  
ut etiam in robustissimis equis vix su-  
per eorum cadavera absque periculo  
transiremus. Erant autem Agaroni,  
qui<sup>4</sup> supra prædictum atrium inventi  
sunt, statura proceri, pinguedine di-  
latati, & quod mirabile est dictu,  
licet jacerent in omnibus partibus cor-  
poris detruncati, & jam a pauperi-  
bus spoliati, in toto campo nec si-  
gnum sanguinis poterat inveniri. Qui-  
bus peractis, nostri gratiæ Dei ter-  
minum nolentes imponere, per om-  
nes partes usque ad noctem eos in-  
fatigabiliter sunt sequuti, & secun-  
dum extimationem creduntur circiter  
bis centum millia interfecta. De no-  
stris autem vix defuisse viginti quin-  
que.

D 2 CA-

<sup>1</sup> Vobiscum mori.  
<sup>2</sup> Beata Maria virgo erat, & patr.

<sup>3</sup> Decantabant.  
<sup>4</sup> Juxta supr.

## CAPUT XI.

## DE MAGNALIBUS BELLATORUM.

Quæ autem, specialiter facta sunt a magnatibus, neminem credo sufficienter posse dicere, cum nemo poterit omnia particulariter inrueri, scilicet qualiter Aragonensium audax strenuitas operam dedit spargi, qualiter agilitate facili prævenire fugientes: quam viriliter <sup>1</sup> Eximius Cornelii cum turba suorum advenerit agentibus primos ictus: qualiter Garisias Romerii, & Aznarius Pardi cum aliis magnatibus Aragoniæ & Cataloniæ belli dubia magnifice peregerunt: qualiter Navarrorum bellicosa agilitas belli <sup>2</sup> instantiæ se objecit, & persequuta sit fugientes: qualiter & ultramontani, qui remanserant, in occursum magnanimi Agarenorum incursibus restiterunt: qualiter Castellanorum magnifica nobilitas, & nobilis magnanimitas largis copiis supplevit omnia, manu strenua compressit pericula, victrici gladio prevenit velocia, & crucis impropria in gloriam commutavit, & hostis blasphemias laudum canticis dulcoravit. Sed si singulorum magna vellem prosequi, citius scribendo manus deficeret, quam dicendi materia mihi deesset. Sic enim omnes præventrix armaverat gratia, ut nullus de eis, qui esse aliquid videbantur, aliud appetere, nisi aut pati martyrium, aut obtinere. His itaque omnibus peractis feliciter, jam circa solis occasum in Agarenorum tentoriis sedimus fatigati, satis tamen pro victoriæ lætitiâ recreati, neque ex nobis ad castra <sup>3</sup> qui redierunt, nisi famuli ad sar-

cinas deportandas. Tanta autem fuit in campo Arabum multitudo, quod medietatem spacii vix potuimus occupare. In campo autem qui voluerunt rapere, plurimum invenerunt, aurum, scilicet, argentum, vestes pretiosas, suppellectilia serica, & multa alia pretiosissima ornamenta, nec non & pecunias multas, & vasa pretiosa, quæ omnia pro majori parte pedites & alii milites de Aragonia habuerunt. Majores enim, & quos fidei zelus, & Regis reverentia, & amor strenuitatis nobilitaverat, hæc omnia contemnentes usque ad noctem persequutioni viriliter intenderunt, præsertim cum præcedenti die Pontifex Toletanus sub interminatione anathematis inhibuisset, ne quis prædæ campi insisteret, si divina providentia victoriam concedere dignaretur. Cantelorum autem & ceterorum animalium, nec non & victualium, quæ inibi sunt inventa, vix posset, quantumlibet subtilis discretio, aestimare. In eodem itaque loco illo die & sequenti moram fecimus fatigati. Homines & vehicula, & res & sarcinas, quæ fuerant ob belli instantiam <sup>4</sup> postposita, vel neglecta, famulorum studio sunt adjecta. Et, quod vix videtur credibile, licet verum, in illis duobus diebus ad usus omnes nulla alia ligna committimus, nisi hastas lancearum & sagittarum, quas secum duxerant Agareni: vix tamen in illo biduo potuimus consumere medietatem, quamvis ex industria, non ad necessitatem, ignem apponerent, sed ad eorum multitudinem consumendam.

<sup>1</sup> Ximenius supra saepe. <sup>2</sup> Instantibus.

<sup>3</sup> Al. alii. <sup>4</sup> Posthabita.

CA-

## CAPUT XII.

DE CAPTIONE BEATIAE, ET UBETAE,  
& aliorum castrorum, & reditu exercitus.

Exinde procedentes quidam ex nostris castrum de Bilche fortissimum obsederunt. Nos vero die tertia post bellum, quarta scilicet feria, venientes cepimus castrum Bilche, nec non & alia tria, scilicet Ferral, & Balnea, & Tolosam, quæ usque hodie per Dei gratiam a fidelibus incoluntur, ibique moram per unum diem fecimus, & procedentes ex nostris ad civitatem Beatiam, vacuum invenerunt, fugientibus Agarenis, & suorum periculo jam comperto, se in Ubetam receperunt, præter quosdam inexpeditos, qui in eorum oratorio, quod *Meequita* dicitur, incendio perierunt. Hoc audito, Reges & Principes communi consilio decreverunt Ubetam obsidere. Hoc factum fuit feria sexta post bellum. Igitur secunda feria, <sup>2</sup> octavo scilicet die post bellum, aggressi sunt civitatem invocato nomine Christiano, & sicut Domino placuit, ex ea parte, ubi instabant Aragonenses, quidam armiger Lupi Ferrencii de Luna murum ascendit, & in ejus ascensu corda resistantium languerunt, & se Regis gratiæ sponderunt. Super hoc itaque habito frequenti tractatu, primo obtulerunt Sarraceni mille millia aureorum, ut civitas eis integra remaneret, quod & aliqui acceptarunt, dolentibus admodum Regibus, dissimulantibus tamen propter instantiam

magnatum. Demum Toletano, Narbonensi, & ceteris Pontificibus auctoritate pontificali facta hujusmodi prohibentibus, factum est, ut civitas funditus everteretur, Sarracenis ad vitam servatis, captivitati nihilominus mancipatis. Et jam Dei gratia propter luxum hominum tepescens, Christiani cupiditate illecti intendebant injuriis & rapinis, unde & Dominus imposuit frenum ori eorum, & percussit eos infirmitatibus & jumentis, & vix erat in tabernaculis qui complerentur militioni posset socio, vel domino ministrare. Et necessitate compulsi rediimus Calatravam, ibique invenimus Ducem Austriæ de partibus Teutoniæ, qui satis in magno venerat apparatu. Indeque cum Rege Aragonum, cui erat consanguinitate conjunctus, in Aragoniam est reversus. Nos vero cum nobili Rege Alfonso ad urbem pervenimus Toletanam, ibique cum Pontificibus & clero & universo populo in ecclesia beatæ Mariæ virginis processionallyter est receptus, multis Deum laudantibus, & in musicis instrumentis acclamantibus, quod eis Regem suum reddiderat sanum & incolumem, & corona victoriæ coronatum. Inde, diviso exercitu, uniusquisque ad propria est reversus. Hic finis belli, quod fuit æra millesima ducentesima quinquagesima, feria secunda, decimo sexto Kalendas Augusti.

<sup>1</sup> Ferral.

<sup>2</sup> Septimo.

CA-

## CAPUT XIII.

DE CAPTIONE ALCARATHI, ET ALCANTARAE,  
& aliorum castrorum, & foedere cum Rege Legionensi.

Post hæc autem, licet Christianorum populi essent laboribus & infirmitatibus fatigati, Rex tamen nobilis a magnalibus non poterat agnoscere. Et congregato exercitu eodem anno mense Februario castrum Dominarum impugnatum machinis occupavit, & restituit, quod Eznavecore dicitur, & militiæ Sancti Jacobi dedit illud. Et inde perveniens ad castrum famosum, quod Alcarathium dicitur, obsidione diurna impugnavit, & in die ascensionis Domini ejusdem anni cepit illud Domino faciente, & a Roderico Toletano Pontifice, & eodem, qui aderat, processionaliter est receptus in ecclesia Sancti Ignatii, quæ Mezquita fuerat, divinis solemniter celebratis. Cepit etiam aliud castrum, quod Rivus Oppæ dicitur, expulsi Arabibus ab eodem. Et sic reversus in terram suam, in villa ecclesiæ Toletanæ, quæ Sanctus Torquatus dicitur, festum Pentecostes, præsentem uxore sua Regina Alienor, & filio suo Enrico, & filia sua Berengaria Legionensi Regina, & nepotibus suis Fernando & Alfonso, cum gratiarum actionibus & gloria celebravit. Accidit autem eo anno, ut Dei judicium

Hispaniam visitaret, nam sic in omnibus regni finibus victualia defecerunt, ut homines panem perent, cum non esset qui prorigeret, in plateis & compitis famis exitio pererentur, licet ipse Rex nobilissime elemosynas erogaret, & Pontifices & magnates, milites & populares supra posse studerent, quæ habere poterant, pauperibus impartiri. Nec tantum sterilitas in fructu terræ, sed etiam in volucris, gregibus & armentis, quæ conceptu & fetu eo anno sterilitate simili caruerunt, & equitaturæ & equi multi defectu pallearum & hordei perierunt. Et licet tanta pestis patriam infestaret, Rex nobilis ab ascensionibus corde conceptis non potuit retineri, & cum Aldefonso Rege Legionensi olim genero foedus initum innovavit, & restituit ei Rex Castellæ Carpium & Montem regalem, ut diruta de cetero non starent. Et dato ei in auxilium Didaco Lupi de Pharo, magnate nobili & potente, Reges pariter condixerunt, ut uterque per consensum regni sui exercitum duceret contra Mauros: & Rex Legionensis in eo introitu cepit Alcantaram munitionem nobilem, quam dedit postea fratribus Calatravæ.

## CAPUT XIV.

DE OBSIDIONE BEATIAE, ET TREGUA  
cum Arabibus, & populatione Miraculi, & peste famis.

Aldefonsus autem nobilis Rex Castellæ æra millesima ducentesima quinquagesima prima, VIII. Kalendas Decembris, congregato exer-

citu, urbem ingressus est Toletanam, & per Consocram & Calatravam transiens circa Beatiam fixit castra, & sic invaluit famis ibi, ut exercitus car-

1 Eznavecore.

2 Torquatus.

nes humano generi inusctas edere cogebantur, ibique advenit prædictus Didacus Lupi cum magno militum comitatu. Rex enim Legionensis post captam Alcantaram reversus fuit in terram suam. Cumque diu Beatia obsidio traheretur, nec a patria victualia portarentur, omnibus fere fame deficientibus, suorum consilio Rex nobilis, tregua cum Arabibus formata, rediit Calatravam: & cum fratres & sæculares, qui inibi morabantur, fame & inedia laborarent, magnates & milites, & ceteri populorum, prout unusquisque potuit, subvenerunt, sic ut tanta adversitas tolerabat. Rodericus etiam Toletanus Pontifex attendens verbum Joannis Apostoli: *Qui viderit fratrem suum necessitatem habentem, & clausit viscera misericordiae suæ, quomodo Dei caritas est in illo?* & item dicit scriptura: *Pasce fame morientem, quem nisi paveris, occidisti*: totum argentum, quod apud se potuit invenire, fratribus erogavit, & ne castra Frontariæ remaneret habitatoribus destituta, elegit ipse cum indigentibus indigere, & cum fratribus in terræ solatium & subsidium eo tempore remanere. Rege itaque cum exercitu ad patriam redeunte, prædictus Pontifex, omnibus secularibus remanentibus Calatravæ a festo Epiphaniæ usque ad octavas Sancti Joannis omnino edulium ministravit. Sed in quadragesima ad tantæ necessitatis angustias pervenerunt, quod ipse Pontifex cum fratrum capitulo potius carnes comedere, quam terram deserere decreverunt, nisi Dominus aliter provideret. Sed Dei abundantia pietati misericorditer sic providit, ut prædicto Pontifici alimonia non deesset, & fratrum indigentiam supportaret usque in diem, qua terra Domini divitibus & pauperibus fructum dedit. Eo tempore idem Pontifex in via publica,

per quam Tolstum Arabes gravius infestabant, castrum, quod Miraculum dicitur, populavit, ubi cum aliquamdiu consedisset pluvius & inundationibus impectus, castrum fabrica non crescebat, tamen in eo, quod fieri potuit, relictis militibus, & aliis laboribus, qui novæ populationis ambitum custodirent, imminente solemnitate Ramis palmarum, venit ad ecclesiam Toletanam. Ubi processione solemniter celebrata, cum clamor insurgeret egenorum, idem Pontifex verbum exposuit caritatis, & sic omnipotens corda audientium inflammavit, ut ipso incipiente, ceteri, qui verbum Domini audiebant, usque ad tempus fructuum ceteros pauperes receperint: & sic caritatis gratiarum numerum augmentavit, ut in 3 tota urbe vix remanserit qui exhibitorem proprium non haberet. Et eadem die, qua fuit hæc distributio caritatis, septingenti milites, & mille quadringenti pedites Arabum castrum Miraculi advenerunt, & eos, qui intus aderant, unius diei concertatione fortiter impugnavit, adeo quod aliqui de intrinsecis sine morte aut effusione sanguinis vix remansit. Agareni autem inclusorum constantiam formidantes, multis ex suis sagittis, gladio & lapidibus interfectis, gressu retrogrado recesserunt, & tanta fuit casio obsessorum, quod nullus ex eis in castrum potuit remanere. Sed post 4 accessum Arabum, Roderico Pontifici, cujus erant, nuntio destinato, successores fortes & incolumes receperunt, & ipsi Toletum vehiculis sunt advecti, ubi commoditate debita recreati usque ad sanitatis gaudium sub chirurgico remanserunt. Rodericus autem Pontifex his dispositis ivit Burgis ad Regem nobilem Aldefonsum, qui opera ejus commendans in Domino, dedit ei viginti aldeas in possessionem perpetuam ecclesiæ Toletanæ.

1 Ut &amp; præd. 2 Cunctos.

3 Tanta. 4 Abscessum.



## DE MORTE REGIS NOBILIS ALDEFONSI.

Consummatis autem quinquaginta tribus annis in regno, Rex nobilis Aldefonsus generum suum Regem Portugallie ad colloquium convocavit. Cumque esset in propectu itineris eundi Placentiam, ultimam cui domini civitatem, in aldea quam Arevali, que dicitur <sup>1</sup> Guterris Munionis, cepit graviter infirmari, ubi demum febre correptus vitam finivit, & secum gloriam Castellæ sepelivit, facta prius confessione Roderico Pontifici, & summo summi viatici sacramento, assistentibus Episcopis, Telio Palentino & Dominico Placentinensi. Sequenti die in præsentia Alienor uxoris suæ carissimæ, & Regine Berengarie filie suæ dulcissimæ, cum Enrico filio, & Alienor filia, & nepotibus suis Fernando & Aldefonso in ætate consistentibus puerili, æta millesima ducentesima quinquagesima secunda, in die <sup>2</sup> Fidis virginis, <sup>3</sup> secunda feria, decimo Kalendas Octobris, non plenus dierum, sed virtutibus & honore, beatum spiritum suo, qui dederat, restituit creatori. Et factus est luctus omnium, & desolatio magnatum, nec non & omnium populorum. Et corpore ejus in decenti sarcophago collocato, ea die pervenimus Vallemoletum. Deinde ex omnibus regni partibus Pontifi-

fices & Abbates, religiosi & saculares, milites & magnates, humiles & majores ad exsequias tanti funeris convenerunt. Sic enim corda <sup>4</sup> hominum vulneravit relatio mortis ejus, quasi quilibet improvise sagittæ jaculo feriretur. Sic enim strenuitas, largitas, curialitas, sapientia & modestia eum sibi ab infantia vindicarent, ut post mortem ejus sepulta credantur omnia, cum sepulto. Omnes enim non tantum in suis, sed in aliis Hispaniæ finibus effrenatis studiis, & laxatis habitibus licentiæ, quo libuit, abierunt, & nihil sibi retinuerunt, cum thesauros verecundiæ amiserunt. Sepultus est autem in regali monasterio prope Burgis a Roderico Toletano, Telio Palentino, Roderico Segontinensi, Menendo Okomensi, Girardo Segobiensi Episcopis, & aliis religiosis, officiosa obsequia funeris filia ejus Regina Berengaria impendente, que tanto dolore ejus exsequias consummavit, quod fere dilaceratione & lacrymis se extinxit. Et sicut in vita regnum virtutibus adimplevit, sic in morte totam Hispaniam, immo mundum lacrymis madefecit. Sepultus est autem in prædicto monasterio a Pontificibus supradictis, ubi laudum ejus præconia nec invidia, nec oblivio poterit abolere.

1 Guterris. 2 Fidia.

3 Quinta. 4 Omnium.

## II.

TRATADO APOLOGETICO  
EN DEFENSA DE MAYORIA DE LA REYNA  
DOÑA BERENGUELA,

Y EL DERECHO QUE TUVO A LOS REYNOS DE CASTILLA,

POR D. ANTONIO DE LUPIAN ZAPATA.

Esadas son las dilatadas digresiones en las serias historias, causa que respondí conciso á las objeciones de los autores que niegan ser la Reyna Doña Berenguela la mayor de las hijas del Rey D. Alonso; y me pareció acertado, aunque dexé bien probado en el *Epítome de su vida y muerte*, responder en este tratado dilatadamente á los que escribieron lo contrario. Estos son el P. Juan de Mariana y Zamalloa, los dos autores tan clásicos quanto noticiosos, de los quales me he valido en muchas ocasiones, y se les debe grande veneracion; pero como el desvio de la pluma es facil, facilmente pudieron tropezar en una inadvertencia.

Oygamos lo que dice el P. Juan de Mariana en el libro XII. cap. 7. y despus responderemos á Zamalloa: *El Rey D. Henrique, dice, tenia dos hermanas mayores que él, Doña Blanca y Doña Berenguela. Doña Blanca casó con Luis, hijo mayor de Felipe Augusto Rey de Francia. Doña Berenguela á su marido D. Alonso Rey de Leon, durante el matrimonio, le parió quatro hijos, que fueron D. Fernando, D. Alonso, Doña Constanza, y Doña Berenguela. Doña Blanca se aventajaba en la edad, ca era mayor que su hermana, y parecia justo sucediese en el Reyno de su hermano difunto, si el derecho de reynar se gobernasen por las leyes y por los libros de juristas, y no mas aina por la vo-*

*luntad del pueblo, por las fuerzas, diligencias y felicidad de los pretendientes, como sucedió en este caso. Juntaronse muchos doñe la Reyna estaba, con toda brevedad para consultar este punto: salió resolucion de comun acuerdo, sin hacer mencion de Doña Blanca, que el Reyno y la Corona se diesen á su hermana Doña Berenguela. Aborrecian, como es de ordinario, el gobierno de estrangeras, y recelabanse que, si Castilla se juntaba con Francia, podrian de ello resultar alteraciones y daños, &c. Y en el libro XI. cap. 17. hablando de la propagacion de los hijos del Rey D. Alonso dice: Tuvo once hijos, entre los demás Doña Blanca. . . . Despus de Doña Blanca se siguieron Doña Berenguela, D. Sancho, Doña Urraca y D. Fernando, &c. Y en el libro XIV. en lo ultimo del capít. 18. tratando de las bodas del Infante D. Alonso de la Cerda, dice formalmente: Con estas bodas se pretendia que el Rey S. Luis en su nombre y de sus hijos se apartase del derecho que se entendia tenia en la Corona de Castilla, como hijo que era de Doña Blanca, hermana mayor del Rey D. Henrique, como arriba queda dicho, y juntamente refutado.*

Estos dos textos puso de muy buena letra y iluminada en la biblioteca que hizo Mr. de Marcá, presente Arzobispo de Tolosa, en el libro que hi-